MONOGRAPHIA AURICULACEORUM VIVENTIUM. SISTENS DESCRIPTIONES SYSTEMATICAS ET CRITICAS OMNIUM HUJUS FAMILIAE GENERUM ET SPECIERUM HODIE COGNITARUM, NEC NON FOSSILIUM ENUMERATIONE

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649201839

Monographia auriculaceorum viventium. Sistens descriptiones systematicas et criticas omnium hujus familiae generum et specierum hodie cognitarum, nec non fossilium enumeratione by Ludovico Pfeiffer

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

www.triestepublishing.com

LUDOVICO PFEIFFER

MONOGRAPHIA AURICULACEORUM VIVENTIUM. SISTENS DESCRIPTIONES SYSTEMATICAS ET CRITICAS OMNIUM HUJUS FAMILIAE GENERUM ET SPECIERUM HODIE COGNITARUM, NEC NON FOSSILIUM ENUMERATIONE

Trieste

LUDOVICI PFEIFFER

MONOGRAPHIA AURICULACEORUM VIVENTIUM,

ADJECTIS PROSERPINACEIS,

ET TRUNCATELLIS.

QL
430.5
A9P52
Moll.

MONOGRAPHIA
AURICULACEORUM
VIVENTIUM.

SISTENS

DESCRIPTIONES SYSTEMATICAS ET CRITICAS

OMNIUM HUJUS FAMILIAE GENERUM ET SPECIERUM
HODIE COGNITARUM,

NEC NON FOSSILIUM ENUMERATIONE.

ACCEDENTE

PROSERPINACEORUM

NEC NON GENERIS TRUNCATELLAE HISTORIA.

AUCTORE

LUDOVICO PFEIFFER, Dr.

CASSELLANO.

174206
C

CASSELLIS.

Sumptibus Theodori Fischer.

1856.

PRAEFATIO.

Dum in libro optimo Lamarckiano „Histoire naturelle des animaux sans vertèbres“, cujus voluminis sexti pars secunda anno 1822 edita est, Auriculae generis quatuordecim species praesenti aevo pertinentes enumeratae inveniuntur (inter quas quinque aliis familiis nunc adscribuntur), et Cl. Deshayesius in altera ejusdem libri editione (tome VIII. 1838) illum numerum quindecim solum speciebus auxit, nunc descriptiones, plerasque a me ipso ex indagatione speciminum autoptica conscriptas, specierum 213, ad familiam Auriculaceorum vel genus Lamarckianum, quod, emissis Bulimi et Chilinae speciebus typos generum sex hodiernorum complectitur, spectantium, quarum 116 in collectione mea servo, Tibi, Lector benevole, proposui. Quas Clari Reeve, Quoy et Gaimard, Menke, Petit, Anton, Küster, Krauss et praesertim fratres H. et A. Adams descripserunt novas species, fere omnes (et quidem ipsa specimina typica) ante oculos habui et descriptiones earum completiores redigendi opportunitas mihi fuit. Phrases enim breves secundum methodum Linnaeanam conscriptae, nunc non sufficiunt ad distinguendam copiam rerum naturalium hodie cognitarum, imo necesse est, distinguamus species notas ab illis, quae nondum detectae sunt, sed verosimiliter novis locis aliquo tempore reperientur.

Multae certe species dubiae vel incognitae mihi remanserunt, quas tamen suo loco (signo „†“ sicut in

operibus meis prioribus monographicis *) notatas) enumeravi et vel auctoris verbis, vel ex iconibus descripsi. Nonnullae ex harum numero absque dubio examine typorum exactiore identicae cum aliis descriptis agnoscentur; deficiente autem characterum subtiliorum notitia eas brevi manu cum aliis jungere non ausus sum, sed materiem, quantum fieri poterat, completissimam ad futuram quaestionis decisionem attuli. Ex librorum comparatorum copia spero, vix ullam descriptionem vel synonymum huc spectantia diligentiam meam fefellisse: gratissima autem mente quamlibet notitiam vel correctionem admittam, quam expertiores viri mecum communicare velint.

De terminologia adoptata, methodo metiendi testas, nec non de ratione scribendi in universum conferantur, quae in libris monographicis supra citatis praefatus sum.

Tentamina monographica de familiis duabus non omnino huc spectantibus in fine adjeci, quo absolvatur pro momento series descriptionum molluscorum terrestrium. Quae de illis praemonenda sunt, suo loco praemisi.

Restat ut ornatissimis viris, qui testas vel libros benigne suppeditarunt, inprimis Cl. Menke, Anton, Krauss, Küster, H. Cuming, Gray, Benson aliisque gratias agam sincerissimas, Teque, amice Lector, rogem, eandem, qua jam saepius gavisus est Auctor, ei serves indulgentiam et benevolentiam.

Cassellis mense Majo 1856.

Dr. L. Pfeiffer.

---

*) L. Pfeiffer Monographia Heliceorum viventium. Lipsiae. I. II. 1848. III. 1853.

L. Pfeiffer Monographia Pneumonopomorum viventium. Cassellis 1852.

Enumeratio operum citatorum.

Adams, Arthur. A Monograph of Scarabus; in Proc. Zool. Soc. Lond. 1850. p. 147.

— et Reeve. The Zoology of the Voyage of H. M. S. Samarang. Mollusca. Pt. III. 1850.

Adams, C. B, in Annals of the Lyceum of natural history of New-York. 1852.

— Contributions to Conchology. Vol. I, Nr. 1—12. 1849—1852.

Adams, Henry et Arthur. A Monograph of Plecotrema; in Proc Zool. Soc. Lond. 1853. p. 120.

— A Monogr. of Ellobium and Melampus: ibid. 1854, p. 7; Cassidula p. 31; Alexia p. 32; Carychium p. 33; Ophicardelus p. 34; Marinula p. 35, Pedipes et Leuconia p. 36.

— The genera of recent Mollusca; arranged according to their organization. 1853—56.

Adanson. Histoire naturelle du Sénégal. Coquillages. Paris 1757.

Agassiz, L. Nomenclator zoologicus. Mollusca. Fasc. IX, X. 1846. Index universalis in fasc. XII. 1847.

Alder, J. Catal. etc. in Transact. Nat. Hist. of Northumb. 1830.

Alten, J. W. v. Syst. Abhandl. üb. d. Erd- u. Flusskonchylien um Augsburg. 1812.

Anton, H. E. Verzeichn. der Conchylien etc. 1839.

D'Argenville. La Conchyliologie, augmentée de la Zoomorphose. 1757.

Audouin, V., in Description de l'Egypte. Vol. XXII. 1827.

Beck, H. Index molluscorum praesentis aevi Musei princ. aug. Christiani Friderici. Fasc. I. 1837.

Benson, W. H., in Journal of the Asiatic Society of Bengal. V. 1836.

Berthold, A. A. Latreille's natürliche Familien des Thierreichs. Aus d. Französ. Mit Anmerk. und Zusätzen. 1827.

Betta, Ed. (Nob. De) Malacologia terrestre e fluviatile della Valle di Non nel Tirolo italiano. 1852.

— et Martinati. Catalogo dei Molluschi terrestri e fluviatili viventi nelle provincie Venete. 1855.

Binney, A. The terrestrial air-breathing Mollusks of the United States,